

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Tribulatio ak  
cum uariis

Si quis uiam laboriosam estimat, sue desidie est accusatio. Si enim minaces nautis pelagi fluctus, si tempestates atque yemes agricolis, si uulnera cedisque militibus, si gravissimi ictus plageque pugilibus leues uidentur, et tollerabiles sunt propter spem temporalium ac pereuncium commodorum, multo magis cum celum preparatur in premio; nichil ex presentibus asperitatibus debet sentiri. Maxime labores mitigat in benignum finem uenire ne aspicias quod uia est aspera, sed quo ducit, nec aliam quia lata est sed ubi desinit.

Crisostomus super Mattheum.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Tribulatio ak] Tribulatio al P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; estimat] estimant B C; premio] premium V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; uenire] promissum *add.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; ne] nec P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; quia] quae V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>